



BOLETIN ECLESIASTICO
DEL
OBISPADO DE SALAMANCA

SUMARIO

- I. Encíclica de Su Santidad sobre fundación de Colegios para Clérigos en las Indias Orientales —II. Exhortación del Exemo. Prelado, con motivo de las próximas fiestas de la Virgen de la Peña de Francia. —III. Decreto de la Sagrada Congregación de Ritos sobre fiestas *Primarias* y *Secundarias*. —IV. Decreto del Vicario General de los Carmelitas otorgando privilegios á la Hermandad Teresiana Universal. —V. Exposición artístico-eucarística en Valencia. —VI. Hermandad de sufragios mútuos espirituales.

SANCTISSIME DOMINI NOSTRI

LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

P A P A E X I I I

EPISTOLA

DE COLLEGIIS CLERICORUM

IN INDIIS ORIENTALIBUS INSTITUENDIS

VENERABILIBUS FRATRIBUS

PATRIARCHIS PRIMATIBUS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS

ALIISQUE LOCORUM ORDINARIIS

PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS

LEO PP. XIII

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Ad extremas Orientis oras, Lusitanorum felicitate virtuteque exploratas, quo tam multi quotidie aspirant ad opulenta commercia, Nos quidem, rerum longe majorum spe proposita, jam inde ab exordio pontificatus mentem et cogitationem appulimus. Obversantur animo caritatemque in Nobis vehementer excitant immensa illa *Indiarum* spatia, in quibus, tot jam saecula, evangelicorum virorum desudat labor. In primisque beati THOMAE APOSTOLI venit in mentem, qui promulgati ad Indos Evangelii jure fertur auctor: itemque FRANCISCI XAVERII, qui longo intervallo in eandem laudem acriter incubuit, constantia et caritate incredibili assecutus ut centena Indorum millia ad sanam religionem et fidem a Brachmanarum fabulis atque impura superstitione traduceret. Sanctissimum virum complures ex utroque ordine Cleri, auctoritate missuque Sedis Apostolicae, postea subsecuti, christiana sacra et instituta, quae Thomas intulit, quae Xaverius instauravit, tueri ac provehere diligenter conati sunt, hodieque conantur. Nihilominus tam vasto terrarum tractu quanta vis mortaliū adhuc abest a vero, miserae superstitionis circumiecta tenebris! quantus, nominatim ad septentriones, ager ad accipiendum Evangelii semee nondum ratione ulla subactus!

Ista reputantes animo, plurimum quidem benignitate misericordiaeque confidimus Salvatoris nostri Dei, qui opportunitates maturitatesque impertiendi luminis sui unus

novit, quique hominum mentes ad rectum salutis iter occulto aerae caelestis afflatu solet impellere: at vero, quoad in Nobis est, dare operam volumus et debemus ut tanta pars orbis aliquem vigiliarum Nostrarum sentiat fructum. Hoc proposito, cum intentum animum habemus si qua ratione rem christianam in Indiis Orientalibus ordinare aptius atque augere fas esse, nonnulla felici exitu constituimus, incolumitati catholici nominis profutura. Primum sine de patronatu Lusitanae gentis in Indiis Orientalibus regendo, cum fidelissimo Portugalliae et Algarbiorum rege, data acceptaque fide, rite pacti sumus. Eoque facto dissidia illa, profecto non levia, quae tam diu christianorum distraxerant animos, sublatis contentionum causis, quievere. Maturum praeterea ac salubre judicavimus, ex singulis christianorum communitatibus, quae Vicariis Praefectisque apostolicis antea paruerant, Dioeceses veri nominis conflare, quae suos haberent Episcopos, ac jure ordinario administrarentur. Propterea, per Litteras apostolicas *Humanae salutis*, die I Septembris an. MDCCCLXXXVI datas, nova in illis regionibus Hierarchia constituta est, quae octo ecclesiasticis provinciis continetur, scilicet Goana, titulo patriarchali ad honorem aucta, Agraensi, Bombayensi, Verapolitana, Calcuttensi, Madraspatana, Pondicheriana, Columbensi. Denique quidquid illic frugiferum saluti fore, quidquid expedire ad incrementa pietatis et fidei intelligamus, efficere per sacrum Consilium Nostrum christiano nomini propagando constantes studemus.

Sed tamen res est una reliqua, unde Indiarum salus magnopere pendet; ad quam rem vos, Venerabiles Fratres, et quotquot humanitatem diligunt nomenque christianum, volumus majorem in modum attendere. Scilicet fidei catholicae apud Indos intuta incolumitas est et incerta propagatio tamdiu futura, quoad Clerus desiderabitur lectus ex

indigenis ad munera sacerdotalia probe institutis, qui non solum adjumento esse sacerdotibus peregrinis, sed ipsimet in civitatibus suis rem christianam administrare recte queant. Proditum est memoriae, hanc ipsam insedissem sententiam Francisco Xaverio, quem negare ajunt solitum, rem christianam constare in India posse firmiter, nisi assidue incumbentibus piis strenuisque sacerdotibus India natis. Eaque ille in re quam acute viderit, facile apparet. Nam apostolicorum virorum operam, qui ex Europa advehuntur, multa praepediunt, maxime vero vernaculi inscientia sermonis, cujus perdifficile est arripere cognitionem; itemque insolentia institutorum atque morum, quibus ne longo quidem tempore assuescitur: ita ut necesse sit, europaeos Clericos illic ut in alieno loco versari. Quapropter cum aegre se multitudo credat peregrinis, perspicuum est, sacerdotum indigenarum longe futuram fructuosiore operam. Explorata enim habent studia, ingenium, mores gentis suae: norunt loquendi, norunt tacendi tempora: denique Indi inter Indos sine ulla suspicione versantur: quod vix attinet dicere quanti sit, maxime in rebus trepidis.

Deinde oportet animadvertere, Missionarios peregre advectos multo pauciores esse, quam ut excolendis iis, quae nunc sunt, christianorum communitatibus sufficiant. Id plane eminet ex tabulis Missionum: ex eoque confirmatur quod Missiones Indicae a sacro Consilio christiano nomini propagando alios atque alios Evangelii praecones implorare et flagitare non desinunt. Jamvero si culturae animorum ne in praesens quidem sunt pares sacerdotes externi, quid in posterum, aucto christianorum numero? neque enim spes est fore ut eorum, quos Europa mittit, crescat pro portione copia. Igitur si placet Indorum saluti consulere, nomenque christianum in spem diuturnitatis fundare in illa infinitate regionum, legere ex *indigenis*

opus est, qui muneribus officiisque sacerdotalibus, dii-
genti praeparatione adhibita, perfungantur.

Tertio loco illud non est praetereundum, quod abest
quidem a veri similitudine plurimum, sed tamen fieri ali-
quando posse nemo negaverit: nimirum talia posse in Eu-
ropa Asiave incidere tempora, ut vi ac necessitate cogan-
tur Indias destituere sacerdotes advenae. Quo facto, si Cle-
rus indigena desit, qui posset religio salva consistere, nu-
llo nec administro sacrorum nec magistro disciplinae? Sa-
tis aperte hac de re historia loquitur Sinensium, Japonio-
rum, Aethiopum. Scilicet plus semel apud Japonius, apud
Sinenses, incumbentibus nomini christiano odiis cladibus-
que, inimica vis, necatis vel in exilium actis sacerdotibus
externis, pepercit nativis: qui linguam moresque patrios
apprime docti, et propinquitatibus amicitiasque subnixi,
non modo impune manere in patria, sed rem sacram ad-
ministrare, et officia quae ad regendos animos pertinet,
libere exequi in omnibus provinciis potuerunt. Contra in
Aethiopia, ubi jam christiani ad biscentum millia numera-
bantur, cum Clerus indigena nullus esset, caesis vel pulsis
Missionariis europaeis, diuturni laboris fructum subitaria
insectationis procella funditus sustulit.

Denique respicienda antiquitas est, quodque olim sa-
lubriter institutum videmus, id religiose servandum. Jam-
vero in apostolici perfunctione muneris, primum quidem
imbuere christianis praeceptionibus multitudinem; mox le-
ctos ex popularibus nonnullos initiare sacris, et ad ipsum
episcopatum evehere, fuit in more positum institutoque
Apostolorum. Quorum postea secuti exemplum romani
Pontifices, in mandatis dare apostolicis viris perpetuo con-
sueverunt, ut ubi christianorum communitas satis ampla
coaluisset, ibi Clerum ex indigenis deligere omni ope con-
tenderent. Ut igitur incolumitati et propagationi catholi-

ei nominis apud Indos consultum sit, Indos instituere ad sacerdotium oportet, qui videlicet procurare sacra et popularibus suis christianis praese, qualiacumque tempora incubuerint, commode possint.

Ad quidem de caussa, Praefecti Missionum Indicarum, consilio hortatuque Sedis Apostolicae, collegia Clericorum, ubicumque facultas fuit, condidere. Immo vero in Synodis Columbensi, Bangalorensi, Allahabadensi, incunte anno MDCCCLXXXVII habitis, decretum est, ut Dioeceses singulae suum habeant Clericis indigenis instituendis Seminarium: si qui ex Episcopis suffraganeis suum habere inopia prohibeatur, in metropolitano Clericos dioecesanos alat suis sumptibus. Ista quidem salubriter decreta efficere Episcopi pro viribus nituntur: sed in eorum egregiam voluntatem transversa incurrit angustia rei familiaris, et penuria sacerdotum idoneorum, qui studiis praesint sapienterque regant disciplinam. Quare vix aut ne vix quidem Seminarium est ullum, in quo institutio alumnorum expleta cumulataque habeatur: idque hoc tempore, cum rerum civilium Gubernatores et Protestantes non exiguo numero nullis parcunt nec impendiis nec laboribus, ut omnis erudiat subtiliter ac polite juvenus.

Illud igitur perspicitur, quam sit opportunum, quam saluti publicae consentaneum, constituere in Indiis Orientalibus Collegia quaedam, ubi juvenes incolae in spem Ecclesiae adolescentes erudiantur ad omnem elegantiam doctrinae ad easque virtutes, sine quibus nec sancte nec utiliter exerceri sacra munera queunt. Amotis dissensionum caussis per pacta conventa, ordinataque administratione Dioeceseon per Hierarchiam ecclesiasticam, si liceat Nobis, quod propositum est, institutioni Clericorum apte consulere, quasi fastigium operi videbimur imposuisse. Nam conditis semel, uti diximus, Clericorum seminariis,


certa spes esset, sacerdotes idoneos magna copia inde exituros, qui pietatis doctrinaeque lumen late funderent, qui in disseminanda Evangelii veritate praecipuas industriae suae partes scienter insumerent.—In opus tam nobile, idemque infinitae mortalium multitudini salutis futurum, dignum est, aliquam Europaeos conferre operam; praesertim quod pares esse magnitudini sumptuum soli non possumus. Christianorum est homines universos, ubicumque degant, in fratrum habere loco, et alienum a caritate sua putare neminem: idque in iis rebus maxime, in quibus proximorum vertitur sempiterna salus. Quamobrem petimus a vobis magnopere, Venerabiles Fratres, ut consilium et conata Nostra re adjuvare, quantum in vobis est, velitis. Date operam ut in comperto sit rei catholicae in tam remotis regionibus conditio: efficite ut vulgo intelligant, conari aliquid pro Indiis oportere: idque maxime sentiant ii, qui posse beneficentia uti, octium putant pecuniae fructum.

Munificam populorum vestrorum voluntatem haud frustra Nos imploravisse, certo scimus. Si major liberalitas fuerit, quos sumptus in Collegia supra dicta necessarii, quidquid erit ex aere collato reliqui, in alia utiliter pieque coepta curabimus erogandum.

Caelestium munerum auspiciem ac paternae Nostrae benevolentiae testem vobis, Venerabiles Fratres, et Clero populoque vestro Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXIV Junii an. MDCCCXIII Pontificatus Nostri decimo sexto.

LEO PP. XIII.



OBISPADO DE SALAMANCA

Á NUESTROS AMADOS DIOCESANOS

La ferviente devoción con que Nós mismo hemos presenciado que acudís de todas las partes de la diócesi al venerando Santuario de la Peña de Francia, devoción que vemos aumentarse de año en año, nuestra especial predilección á María Santísima, el deseo que todos participéis de los abundantes tesoros de gracias y misericordias que la soberana Virgen extiende sobre la comarca serrana y los más apartados lugares de nuestro Obispado, desde aquel elevado risco en que su bendita imagen se halla como en su trono de gloria; y, finalmente, la circunstancia providencial de que aquella casa de bendición vaya en breve á ser de nuevo custodiada por los preclaros hijos de Santo Domingo de Guzmán, cuyas blancas vestiduras volverán á flotar, como emblema de ventura, por aquellas montañas y frondosos valles, todo esto junto nos mueve á reavivar el calor nunca extinguido de vuestra piedad y la fe bendita que os legaran vuestros mayores, y á alentaros á que, en las próximas solemnes fiestas que han de celebrarse en honor de la Virgen de la Peña de Francia, vayáis como buenos y amantes hijos á postraros á los pies de tan bendita Madre, seguros de que seréis acogidos con la dulcísima ternura que rebosa su divino corazón y de que escuchará benigna vuestras plegarias.

Id, pues, amadísimos diocesanos á la Peña de Francia. Si el viaje es molesto y os ocasiona algún sacrificio, no desfallezcáis por eso. Más meritoria será vuestra obra y la misma Virgen os dará fuerzas y alientos para realizarla. Después será para vosotros el contento y la satisfacción una vez que hayáis visitado, con la conciencia pura, á tan bondadosa y excelente Madre, y tornéis á vuestros hogares más animosos para seguir portándoos como buenos cristianos y más dispuestos á propagar entre vuestras familias y deudos el culto y devoción á la Virgen Santísima de la Peña de Francia.

A vuestra disposición habrá en el Santuario durante la novena y la fiesta principal, buen número de padres dominicos, á cuyo cargo corren estas solemnidades. Y en la víspera y en la mañana del día 8 del próximo Septiembre, subirán también al Santuario varios sacer-

dotes con el objeto de ayudar á los Religiosos en el confesonario. Como prenda de las bendiciones celestiales que habréis de recibir los que asistáis á las fiestas mencionadas, os damos también nosotros cordialísima bendición † en el nombre del Padre † y del Hijo † y del Espíritu Santo.

Salamanca 14 de Agosto de 1893.

† EL OBISPO DE SALAMANCA.

DECRETUM GENERALE

Jamdudum apud viros sacrae liturgiae peritos quaestio agebatur, gravissimi sane momenti, quoad praeminentiam inter festa primaria et secundaria ejusdem ritus. Verum hac controversia nondum composita, identidem Sacra Rituum Congregatio peculiaribus in casibus responsa dedit, ac plura particularia edidit Decreta, quin umquam rem per generale Decretum definiret. Quum vero hisce postremis temporibus in ejusmodi quaestione maxima esset discrepantia, ex multiplici atque opposita penes scriptores sacrae liturgiae Rubricarum interpretatione; necessarium duxit Apostolica Sedes unicam tandem normam statuere, quae ubique et ab omnibus, praesertim in ordine Divini Officii uniformiter redigendo, servaretur. Quocirca Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII, commisit R. P. D. Augustino Caprara, S. Fidei Promotori, ut votum *ex officio* exararet, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis discutiendum; posteaquam diversae ea de re a viris in Rubricarum scientia peritis habitae fuerunt sententiae, elucubrationibus multa eruditione exornatis.

Quibus omnibus praelo cisis, communicatisque una cum voto praefati S. Fidei Promotoris, in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis Coetu, subsignata die ad Va-

ticanum coadunato, a me infrascripto Cardinali, eidem Sacrae Congregationi Praefecto et Relatore, sequens Dubium propositum fuit, videlicet: *An et quomodo festa secundaria Domini. B. Mariae Virg., Angelorum, Ss. Apostolorum, aliorumque Sanctorum praeferenda sint festis Primariis ejusdem ritus et classis, sed minoris personalis dignitatis, tam in occurso, quam in concursu, et in eorumdem repositione?*

Itaque Emmi. ac Rvmi. Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, mature perpensis, rationibus tum a memoratis viris, tum a R. P. D. Promotore S. Fidei adductis, ita rescribendum censuerunt: *In voto R. P. D. Promotoris Fidei, nimirum: Festa Primaria, utpote solemniora, aliis secundariis in casu praeferenda esse tam in occurso quam in concursu, ad formam Rubricae X. de Translatione festorum n. 6. Quod si eadem festa transferri contingat, in illorum repositione servetur ordo praescriptus in memorata Rubrica n. 7; et fiat catalogus festorum, quae uti Primaria, vel secundaria, retinenda sunt, Die 27 Junii 1893.*

Demum his omnibus Sanctissimo eidem Domino Nostro relatis per me ipsum infrascriptum Cardinalem Praefectum, Sanctitas Sua sententiam ejusdem Sacrae Congregationes ratam habuit, et confirmavit, jussitque ita, et non aliter Rubricarum praescripta hac in re esse interpretanda; Rescripta, seu Decreta, tum generalia tum particularia, in contrarium facientia suprema auctoritate sua penitus abrogando. Die 2 Julii, anno eodem.—CAJETANUS CARD. ALOSSI MASELLA, S. R. C. Praefectus.—Loco † Sigilli.—VINCENTIUS NUSSI, S. R. C. Secretarius.



Decreto del Rmo. P. Vicario General de los Carmelitas descalzos, concediendo á la Hermandad Teresiana Universal participación en todos los privilegios y gracias de la Orden Carmelitana.

Benedictus Deus et Pater Omnium qui Saluti Providens Hominum, Mundo Dedit Mariam Virginem in Dulcissimam Matrem.

Fr. Dionysius A. S. Theresia, Vicarius Generalis Fratrum Excalceatorum Ordinis Beatissimae Virginis Mariae de Monte Carmelo.

Dilectissimis Nobis in Chr. Soladibus Confraternitatis Universalis S. Matris nostrae Theresiae a Jesu (c. Sodali- bus Associationis a Schola orationis Theresiana nuncupatae).

Salutem in Domino Sempiternam.

Cum salutis nosrae Auctor Jesus Christus, praesentes Discipulos et Nos absentes imitatores suos erudiens, singulari fraternae charitatis praecepto praesertim obstrinxerit, ut scilicet diligeremus alios quomadmodum ipse dilexit Nos; tanto Magisterio, et Instituto Nostro valde consentaneum est, ut salutem proximorum operam similem ei, quam Redemptor Noster navavit, impendamus. Cum vero ipse sic Nos dilexerit, ut labores, dolores operaque sua omnia in salutem nostram cum infinito merito ac satisfactione direxerit, nullum eum imitandi modum similiorem invenire posse videmur, quam si eius laboribus et operibus nostris, quae ex ipsius gratia praestamus, et spiritualibus bonis, quibus ex ipsius Thesauro fruimur, partem aliquam proximis tribuamus. Quapropter Nos, qui (licet immeriti) praedicto Ordini praesumus, et bona ejus augere, eaque in alios justis de causis derivare cupimus, confisi meritis et precibus Beatissimae Virginis Mariae Matris Dei et nostrae, cui specialiter famulamur, ac ejus Sponsi S. Joseph, necnon sanctorum Prophetarum Eliae, Elisei Patrum Nostrorum, sanctorum Angeli et Anastasii Martyrum, Alberti et Cyrilli Confessorum, ac S. Theresiae Virginis Matris Nostrae, necnon Sancti Patris Nostri Joannis a Cruce et aliorum Sanctorum atque Sanctarum Ordinis Nostri, et omnium Sanctorum Dei, vos peculiari charitatis significatione complectentes, ad participationem omnium Privile-

giarum, Indulgentiarum, Sacrificiorum, Precum, Jejuniorum, Disciplinarum, Peregrinationum, piarum Operum, aliorumque quorumvis Bonorum Spiritualium totius Nostrae Congregationis admittimus. Precamurque Divinam Bonitatem, ut vos, per hoc Nostrum Ministerium, praedictorum bonorum cum proventu multis consortes efficiat.

Datum Romae ex Aetibus Nostris Generalitatis S. S. Theresiae a Jesu et Joannis a Cruce, die 20 Aprilis anno 1893.
— FR. DIONYSIUS A S. THERESIA, *Vic. Generalis*.—L. S.—
FR. ADEODOTUS M. A S. ALOISIS, *Secretarius*.

EXPOSICIÓN ARTÍSTICO EUCARÍSTICA NACIONAL

Acordada la celebración de una Exposición de objetos relacionados con la Sagrada Eucaristía, para dar mayor brillantez á las funciones que, según el anunciado programa, tendrán lugar en esta ciudad con motivo de reunirse en ella el primer Congreso Eucarístico Nacional, cumple la Comisión encargada de organizarla un gratisimo deber invitando á V. para que se digne concurrir á ella, remitiendo algún objeto de los incluidos en la *Relación*, que á continuación se inserta, y con arreglo á las instrucciones que la acompañan. No se oculta al ilustrado criterio de V. la importancia transcendental que ha de tener una Exposición de esta índole, para fomentar y propagar el culto y devoción á la Sagrada Eucaristía, centro al que deben converger las Bellas Artes en sus distintas manifestaciones, para que aparezca en la tierra, rodeado de pompa y majestad, El que haciéndose pequeño por nosotros quiso ocultar su grandeza bajo los místicos velos del Sacramento del Amor.

La Comisión confía en el reconocido celo y notoria piedad de usted, que atenderá á su ruego contribuyendo de la manera más eficaz á los fines que esta Comisión se propone.

Pidiendo al Señor que recompense abundantemente los trabajos que lleve V. á cabo en favor de la exposición, nos ofrecemos como sus más atentos SS. SS. en Cristo Señor nuestro, *La Comisión*.

Valencia 1.º de Agosto de 1893.

Exposición Artístico-Eucarística Nacional.—Instrucciones á que deben ajustarse las Corporaciones y particulares que deseen presentar objetos.

1.^a La Exposición se celebrará con arreglo á lo prevenido en el Reglamento del primer Congreso Eucarístico Nacional, y se inaugurará el día 18 de Octubre á las once de la mañana.

2.^a Los objetos de arte antiguo se instalarán en el Museo de Pinturas de esta ciudad; y los que pertenezcan á la industria moderna en el salón llamado de Repartos de la Gran Asociación de Beneficencia domiciliaria.

3.^a La Comisión designada por la Junta organizadora del Congreso, es la encargada de disponer cuanto á esta Exposición se refiere.

4.^a Dicha Comisión dará á los expositores que la consulten, cuantas noticias se refieran á la designación de objetos, extensión de los puntos incluidos en la *Relación*, que á continuación se inserta, y resolverá cuantas dudas se ofrezcan acerca del mismo.

5.^a Los expositores domiciliados en Valencia ó en poblaciones de fácil comunicación con esta ciudad, presentarán sus objetos en los locales de la Exposición que respectivamente les correspondan, y designarán persona, por ellos autorizada, con quien deberá entenderse la Comisión para recibir y entregar los objetos destinados á la Exposición.

6.^a Los que deseen remitir objetos avisarán antes del día 15 del próximo Septiembre, dirigiendo la correspondencia al *Presidente de la Comisión de Exposición Eucarística, Palacio Arzobispal, Valencia*, dando noticia detallada de los objetos que hayan de exponerse, de su carácter antiguo ó moderno, dimensiones y peso.

7.^a A cada expositor se le facilitará una cédula cuadruplicada, para que la llene, la que firmará el interesado y visará su Prelado diocesano ó su párroco.

8.^a Tres de dichas cédulas se remitirán inmediatamente al Presidente de la Comisión expresada, y la cuarta se unirá al objeto remitido dentro del embalaje que lo contenga.

9.^a Confrontada ésta con las tres anteriores, servirá de resguardo al expositor para recoger el objeto.

10. Si existiesen noticias históricas acerca del objeto que se expone, se expresarán en la misma cédula para ilustrar el Catálogo de la Exposición.

11. Si el objeto estuviese destinado á la venta, se indicará así, como también el precio y dirección detallada del domicilio del expositor. Los objetos de esta clase que fuesen vendidos durante la Exposición, no podrán retirarse del local hasta después de la clausura de aquélla, pero en cuanto sean enagenados se les colocará un rótulo que indique estar vendidos.

12. La Junta organizadora del Congreso ha solicitado de las Compañías de ferrocarriles rebaja de precios para el transporte de los objetos destinados á esta Exposición.

13. El embalaje, envío y reexpedición al punto de procedencia de los objetos á ella destinados, serán de cargo, cuenta y riesgo del expositor, siendo éste responsable de los daños y perjuicios que pudiesen ocasionárseles antes de hacerse cargo de ellos la Comisión, ó después de entregados.

14. Todos los objetos irán dirigidos á la *Comisión de la Exposición Eucarística, Valencia*.

15. Los embalajes quedarán en poder de la Comisión y á su custodia, para reexpedir convenientemente los objetos que hayan contenido.

16. Los expositores que deseen instalar por su cuenta los objetos que les pertenezcan, podrán hacerlo con anuencia de la Comisión y sujetándose á la distribución y local que se les haya designado.

17. La Comisión se reserva el derecho de copiar, por medio de pintura, dibujo ó fotografía, los objetos que á su juicio merezcan esta distinción.

18. Los expositores disfrutarán de entrada gratuita, que será personal é intransferible, á los locales de la Exposición, y por todo el tiempo que esté abierta al público.

19. Durante la instalación sólo se permitirá la entrada á los expositores ó á sus representantes que justifiquen la absoluta necesidad de su presencia; á este efecto se les entregará un *billete personal*.

20. Los objetos destinados á la Exposición deberán entregarse á la Comisión en los locales señalados, desde *el 1.º de Octubre* hasta el 17 del mismo; los que lleguen antes ó después, ó sin las formalidades prescriptas para el envío, se sujetarán á lo que resuelva la Comisión.

21. Todos los objetos que hayan figurado en la Exposición deberán retirarse de ella dentro del plazo de un mes, á contar desde la fecha de su clausura.

22. Los expositores que deseen insertar anuncios de sus respectivas industrias en las hojas que se adicionarán al Catálogo general, podrán solicitarlo al tiempo de remitir sus objetos, previo el pago de la cantidad que se convenga.

23. Un jurado especial calificará los objetos expuestos, adjudicando á los expositores, que á su juicio lo merezcan, los siguientes premios:

GRAN DIPLOMA DE HONOR (único).

MEDALLA DE ORO (única).


MEDALLAS DE PLATA.

MEDALLAS DE COBRE.

MENCIONES HONORÍFICAS.

El número de estas tres últimas recompensas lo determinarán la abundancia y el mérito de los objetos expuestos.

24. Los casos no previstos en estas instrucciones serán resueltos por la Junta organizadora del Congreso Eucarístico Nacional, oído el parecer de esta Comisión, la cual se reserva el derecho de admitir ó rechazar los objetos, según los crea ó no dignos de figurar en la Exposición.



Relación de los objetos que pueden figurar en la Exposición Artístico Eucarística Nacional

SECCIÓN PRIMERA.—*Bellas Artes.*—*Escultura.*—Imágenes, estatuas, figuras y relieves en metal, piedra ó marfil; medallas, medallones y sellos; camafeos y glíptica en general; tabernáculos, urnas para el Monumento, doseles, andas y carrozas construídas ó en proyecto.

Pintura.—Dípticos, trípticos, tablas, lienzos, cobres ó cualquiera de las materias aptas para e caso, pintados por cualquiera de los procedimientos conocidos; miniaturas, códices y vitelas; dibujos al lápiz ó á la pluma; mosaicos, taraceas é incrustaciones.

Grabado.—Estampas y láminas por cualquiera de los sistemas de grabar.

Arquitectura.—Modelos y proyectos de templos ó altares dedicados al Sagrado Corazón de Jesús ó al Santísimo Sacramento.

SECCIÓN SEGUNDA.—*Industrias artísticas.*—*Orfebrería y joyería.*
—Custodias, viriles, cálices, copones, cajas para reservar y porta-Viáticos; cruces de altar, sacras, vinageras, lámparas, candeleros, candelabros y arandelas para los comulgatorios; Incensarios y navetas; piezas de metales finos, repujadas, filigranadas ó esmaltadas y esmaltes que contengan alegorías eucarísticas; objetos de cristal de roca ó piedras ricas.

Metalisteria.—Figuras, adornos y piezas de bronce, cobre, hierro ú otros metales, cincelados, repujados ó vaciados.

Tapicería.—Tapices, frontales, estandartes, guiones y banderas; paños tejidos, bordados ó pintados; casullas, estolas, capas, pluviales y de Viático, paños de hombros, pálios, umbrelas, cubre-copones y cortinillas para sagrario.

Leucería.—Corporales, purificadores, albas, amitos, pálios, manteles de altar y de comulgatorio y roquetes.

Cerámica y cristalería.—Mayólicas, porcelanas, azulejos y barros cocidos de todas clases; vasos para la purificación y para lámparas; ventanillas.

SECCIÓN TERCERA.—*Bibliografía.*—Obras impresas ó manuscritas que traten de cuanto se relaciona con el Santísimo Sacramento y su culto; libros litúrgicos.

NOTA.—Es condición indispensable que los objetos que hayan de ser expuestos tengan alguna relación con la Sagrada Eucaristía.

HERMANDAD DE SUFRAGIOS MUTUOS DEL CLERO

En 15 del actual ha ingresado en la Hermandad de Sufragios mútuos del Clero el Presbítero D. Agustín Hernández, párroco de Villamiel en el Obispado de Ciudad-Rodrigo.

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, á cargo de L. Rodríguez.